

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

17. Animalia monstrosè loquentia, vel parientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

dem authore, de bufone, ad eundem modum, intersaxa, & torque aureo inuento. Aurum intra montes nasci posse sci-  
mus, non item torquem aureum. Nec bufones inibi posse gi-  
gni negarem; canes autem crescere, velut vermes, aut lapi-  
des, nemo mihi persuaserit. Facile autem est spiritui malovi-  
am aperire, & talia in tali carcere includere, aut canem bu-  
fonemq; agere. Qua arte virginem vultu retulit, quando, in  
venatu, sipienti comiti Oldenburgico, è rupe velut ostio di-  
cta progrediens, scyphum illum argenteum obtulit, qui ad-  
huc ostenditur, miris multisq; emblematis calatum.

XVII.  
Valer. Max.  
lib. i. c. 6.

Num. 12. 13.

Multa alia non solum mirabilia, verum etiam monstro-  
acciderunt circa bestias. Principia enim admirationis sunt etiam  
illa prodigia, qua P. Volumnio. Ser. Sulpicio Coss. in urbe nostra, inter  
initia motusq; bellorum acciderunt. Bos namq; mugitu in humau-  
sermonem conuerso, nonitate monstri, audientium animos exterruit.  
Carnis quoq; in modum nimbi dissipatae partes ceciderunt: quarum  
maiorem numerum prepetes diripuerunt aves, reliquam humi-  
aliquot dies neque odore tetro, neque deformi appetitu mutau-  
erunt. Eiusdem generis monstra alio tumultu credita sunt. Siquidem  
bello etiam Punico secundo constituit, Cn. Domitio bonem dix-  
se: *Cave tibi Roma.* Ante paullò, quām Augustus Imper.  
Eius esset, bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est,  
frustra se vrgeri: *Non enim frumenta, sed homines brevi defu-  
turos.* Quæ boni maliue Angeli virtute fieri potuisse, ostendunt illa sacra scriptura verba: *Aperuitq; Dominus os asina, &  
locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce iam tertio!* Et  
rursum: *Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consuefui?  
usque in präsentem diem? die, quid simile unquam fecerim tibi?*  
Quām diserta fuit asina Balaam? & fieri non posset, vt aliz  
quoque bestiæ loquerentur, Deo volente, aut spiritu verba,  
in ore earum, formante, plectrumq; lingua in sermonem  
quatiente? Potuit ergo loqui asina, & non possit vacca? eius-  
dem vtrumque animal ingenij ad lyram? Dario Babylonem  
obsidenti vox è muris redditâ est, urbem ipsam tunc à Persi-  
captum iri, cùm mula pareret. Quo præsagio omnes capien-  
dæ vrbis desperatio iam ceperat, donec Zophyri Persa mula  
enixa est.